

Año XLVI.

31 DE JULIO DE 1905.

Núm. 14.

BOLETIN OFICIAL



DEL Obispado de Osma.

SUMARIO.

Motu proprio de Su Santidad acerca de los Protonotarios Apostólicos y otros que gozan de privilegios prelaticios (*Conclusión.*)—Circular de Su Sra. Ilma. y Rvma. sobre ejercicios espirituales del Clero.—Carta de Su Santidad al Cardenal Respighi sobre el mismo asunto (*texto castellano.*)—Otra Circular de Su Sra. Ilma., publicando una R. Carta en que se encargan funerales por el Sr. Villaverde, q. e. p. d.

PIVS PP. X.

MOTV PROPRIO

DE PROTONOTARIIS APOSTOLICIS, PRAELATIS VRBANIS,

ET ALIIS

QVI NONNVLIS PRIVILEGIIS PRAELATORUM PROPRIIS FRVVNTUR

(*Conclusión.*)

34.—Recensita hactenus privilegia illa sunt quibus dumtaxat Protonotarii Apostolici Supranumerarii fruuntur. Verum, cum eadem collective coetui Canonicorum conferantur, Canonici ipsi, tamquam singuli, iis uti nequibant, nisi Praelati Urbani fuerint nominati et antea suae ad canonicatum vel Dignitatem promotionis et auspicatae iam possessionis, atque inter Praelatos aggregationis, ut num. 14 dicitur, testimonium Collegio Proto-

tariorum Participantium exhibuerint; coram ipsius Collegii Decano, vel per se vel per legitimum procuratorem, Fidei professionem et fidelitatis iusurandum de more praestiterint, ac de his postea, exhibito documento, proprium Ordinarium certiorem fecerint. Quibus expletis, eorum nomen in sylloge Protonotariorum Apostolicorum recensebitur.

35.—Canonici ecclesiarum extra Urbem, qui ante Nostri huius documenti Motu Proprio editi publicationem, privilegia Protonotariorum, una cum Canonicatu, sunt assequuti, ab expeditione Brevis, de quo supra, num. 14, dispensantur, iusurandum tamen fidelitatis coram Ordinario suo praestabunt infra duos menses.

36.—Collegialiter tamquam Canonici pontificalibus functionibus, iuxta Caeremoniale Episcoporum, sacris vestibus induiti adstantes non alia Mitra utantur, quam simplici, nec unquam hoc et caeteris fruantur Protonotariorum insignibus et privilegiis extra propriam ecclesiam, nisi in diplomate concessionis aliter habeatur. Canonicus tamen, qui forte ad ordinem saltem Subdiaconatus non sit promotus, neque in choro cum aliis Mitra unquam utatur. In functionibus autem praedictis inservientem de Mitra non habebunt, prout in Pontificalibus uni Celebranti competit. Qui in Missa solemni Diaconi, Subdiaconi aut Presbyteri assistantis munus agunt, dum Dignitas, vel Canonicus, aut alter Privilegiarius pontificaliter celebrant, Mitra non utentur; quam tamen adhibere poterunt Episcopo solemniter celebrante, ut dictum est de Collegialiter adstantibus, quo in casu, cum ministrant, aut cum Episcopo operantur, maneant detecto capite.

37.—Protonotarius Supraniunerarius defunctus efferri aut tumulari cum Mitra non poterit, neque haec eius feretro imponi.

38.—Ne autem Protonotariorum numerus plus aequo augeatur, prohibemus, ne in posterum in ecclesiis, de quibus supra, Canonici Honorarii, sive infra, sive extra Dioecesim degant, binas partes excedant eorum, qui Capitulum iure constituunt.

39.—Qui secus facere, aliisve, praeter memorata, privilegiis et iuribus uti praesumpserint, si ab Ordinario semel et bis admoniti non paruerint, eo ipso, Protonotariatus titulo, honore, iuribus et privilegiis, tamquam singuli, privatos se noverint.

40.—Sciant praeterea, se licet forte plures una simul, non tamquam unius ecclesiae Canonici, sed tamquam Protonotarii conveniant, non idcirco Collegium praelatitium constituere; ve-

rum quando una cum Protonotariis de numero Participantium concurrunt, v. gr. in Pontificia Capella, tunc quasi unum corpus cum ipsis effecti censentur, sine ullo tamen amplissimi Collegii praeiudicio, ac servatis eiusdem Capellae et familiae Pontificiae consuetudinibus.

41.—Si quis (exceptis Canonicis trium Patriarchalium Urbis) quavis ex causa Dignitatem aut Canonicatum dimittat, cui titulus, honor et praerogativa Protonotarii Apostolici Suprumerarii adnexa sint, ab eiusmodi titulo, honore et praerogativis statim decidet. Qui vero Pontificius Breve inter Praelatos aggregationis obtinuerit, horum tantum privilegiis deinceps perfruetur.

III.—Protonotarii Apostolici ad instar

42.—Inter Protonotarios Apostolicos *ad instar* Participantium illi viri ecclesiastici adnumerantur, quibus Apostolica Sedes hunc honorem conferre voluerit, ac praeterea Dignitates et Canonici alicuius Capituli praestantioris, quibus collegialiter titulus et privilegia Protonotariorum, cum addito *ad instar*, ubique utenda, fuerint ab eadem Apostolica Sede collata. Canonici enim, qui aut in propria tantum Ecclesia vel Dioecesi titulo Protonotarii aucti sunt, aut nonnullis tantum Protonotariorum privilegiis fuerint honestati, neque Protonotariis aliisve Praelatis Urbanis accensebuntur, neque secus habebuntur ac illi de quibus hoc in Nostro documento nn. 80 et 81 erit sermo.

43.—Qui Protonotarii Apostolici *ad instar* tamquam singuli iuribus honorantur, eo ipso sunt Praelati Domus Pontificiae; qui vero ideo sunt Protonotarii quia alicuius ecclesiae Canonici, Praelatis Domesticis non adnumerantur, nisi per Breve Pontificium, ut num. 14 dictum est. Omnes Protonotarii *ad instar* subjecti remanent, ad iuris tramitem. Ordinario loci.

44.—Beneficia illorum, qui Protonotarii *ad instar* titulo et honore gaudent tamquam Canonici alicuius Capituli, si vacent extra Romanam Curiam Apostolicae Sedi minime reservantur. Beneficia vero eorum, qui tali titulo et honore fruuntur, tamquam privata persona, non poterunt nisi ab Apostolica Sede conferri.

45.—Quod pertinet ad habitum praelatitium. *pianum* et communem, stemmata et choralia insignia, habitum et locum in Pontificia Cappella, omnia observabunt, ut supra dictum est de Protonotariis Suprumerariis nn. 16, 17, 18, 19, 20.

46.—Iis iuribus gaudebunt, praecedentiae, privati orato-

rii; conficiendi acta Beatificationis et Canonizationis, passivae electionis in Conservatores, ceterisque; item recipienda Fidei professionis, reverentiae ad Crucem, thurificationis, quibus omnibus fruuntur Protonotarii supranumerari, ut supra nn. 21, 22, 23, 24, ac iisdem sub conditionibus.

47.—De venia Ordinarii et Praesulis consensu ecclesiae exemptae, extra Urbem, Missas, non tamen de requie, pontificali ritu et ornato celebrare poterunt, prout supra notatur, ubi de Protonotariis Supranumerariis, nn. 25, 26, 27, 28, 29; verum his legibus: Nec Faldistorio nec Gremiali umquam utantur, sed una cum Ministris in scamno, cooperto panno coloris diei: sedeant, caligis et sandaliis utantur sericis tantum, cum orae textu item serico flavi coloris ornato, et similiter sericis chirothecis sine alio ornamento; Mitra simplici ex serico damasceno, nullo ornamento, ne in oris quidem distincta, cum rubris laciniis ad vittas. Extra Cathedrales Ecclesias tantum assistentem Presbyterum habere poterunt pluviali indutum, dummodo non assistat Episcopus Ordinarius aut alias Praesul ipso Episcopo maior. Crucem pectoralem auream sine gemmis gerent, appensam funiculo serico violacei ex integro coloris, auro non intertexto. Omnia, quae in Missa cantanda vel legenda sunt, nunquam ad scammum, sed ad altare cantabunt et legent. Manus infra Missam lavent tantum ad Ps. *Lavabo.*

48.—Poterunt insuper, pariter extra Urbem, de venia Ordinarii et cum Praesulis ecclesiae exemptae consensu, Mitra, Cruce pectorali et Annulo ornati, ad scammum, more Presbyterorum, celebrare Vespertas illius festi, cuius Missam ipsi pontificaliter actuari sint, vel peregerint (absque benedictione in fine.) Iisdem ornamentis eodemque ritu uti licebit, de speciali tamen commissione Ordinarii, in Vesperis festi, cuius Missa in pontificalibus ab alio quolibet Praelato celebretur, itemque in benedictione cum Sanctissimo Sacramento solemniter (non tamen tria) impertienda, in Processionibus, et in una ex quinque absolutionibus in solemnioribus exsequiis de quibus in Pontificali Romano.

49.—Romae Missam lectam, aliqua cum solemnitate celebrantes, si praelatitio habitu sint induti, ea retineant, quae de Protonotariis Supranumerariis n. 31 constituta sunt; extra Urbem, de speciali tamen eommissione Ordinarii, eodem modo se gerent; aliis in Missis et functionibus, tamquam Praelati Domestici, ut n: 78, Palmatoriam tantum, si velint, adhibeant.

50.—Qui Canonicorum coetui adscriptus, cui hactenus recentis Protonotariorum *ad instar* privilegia concessa sint, tamquam privata persona iisdem uti velit, prius Breve Pontificium, ut dicitur nn. 14 et 43. de sua inter Praelatos Domesticos aggregatione. servatis servandis, obtineat, simulque suae ad Canonicatum vel Dignitatē promotionis, initaeque possessionis ac inter Prelatos aggregationis testimonium Collegio Proto notarioū Participantium exhibeat. Tum coram ipsius Collegii Decano, vel per se vel per legitimū procuratorem, Fidei professionem ac fidelitatis iusiurandum, de more, praestet; de his denique exhibito documento proprium Ordinarium certiorem faciat. Qui vero tamquam privata persona huiusmodi titulum rite fuerit consecutus, non ante privilegiis eidem titulo adnexis uti poterit, quam legitimū suae nominationis testimonium memorato Collegio exhibuerit, Fidei professionem et fidelitatis iusiurandum, ut supra, ediderit; de is que omnibus authenticum documentum suo Ordinario attulerit. Haec ubi praestiterint, eorum nomem in sylloge Protonotarioram recensebitur.

51.—Qui ante has Litteras, Motu proprio editas, iuribus gaudebant Protonotarii *ad instar*, tamquam alicuius ecclesiae Canonici, a postulatione Brevis, de quo in superiori numero, dispensantur, quemadmodum et a iureiurando, ut ibidem dicitur, praestando, quod tamen proprio Ordinario infra duos menses dabunt.

52.—Habitum et insignia in choro Dignitates et Canonici Protonotarii gerent, prout Capitulo ab Apostolica Sede concessa sunt; poterunt nihilominus veste tantum uti violacea praelatitia cum zona sub choralibus insignibus, nisi tamen alia vestis, tamquani insigne chorale sit adhibenda. Pro usu Rocchetti et Mantelleti in choro attendatur, utrum haec sint speciali indulto permissa; alias enim Protonotarius, habitu praelatitio assistens, neque locum inter Canonicos tenebit, neque distributiones acquiret, quae sodalibus accrescent.

53.—Collegialiter tamquam Canonici pontificalibus functionibus, iuxta Caeremoniale Episcoporum, sacris vestibus indui assistentes, non alia Mitra utentur quam simplici, nec unquam hoc aliisve supra memoratis insignibus et privilegiis extra propriam ecclesiam, nisi in concessionis diplomate aliter habeatur. Canonicus tamen, qui forte ad ordinem saltem Subdiaconatus non sit promotus, ne in choro quidem cum aliis Mitra unquam utatur. In functionibus autem praedictis inservientem de Mitra

non habebunt, prout in Pontificalibus uni Celebranti competit. Qui in Missa solemni Diaconi, Subdiaconi aut Praesbyteri assistentis munus agunt, dum Dignitas, vel Canonicus, aut alter Privelegiarius pontificaliter celebrant, Mitra non utentur: quam tamen adhibere poterunt, Episcopo solemniter celebrante, ut dictum est de collegialiter adsistentibus, quo in casu, cum ministrant, aut cum Episcopo operantur, maneant detecto capite.

54.—Protonotarius *ad instar* defunctus efferri aut tumulari cum mitra non poterit, nec ejus feretro ipsa imponi.

55.—Ne autem Protonotariorum numerus plus aequo augeatur, prohibemus, ne in posterum in ecclesiis, de quibus supra, Canonici Honorarii, sive infra, sive extra Dioecesim degant, binas partes excedant eorum, qui Capitulum iure constituunt.

56.—Qui secus facere, aliisve, praeter memorata, privilegiis et iuribus uti praesumpserint, si ab Ordinario semel et bis admoniti non paruerint, eo ipso, Protonotariatus titulo, honore, iuribus et privilegiis, tamquam singuli, privatos se noverint.

57.—Sciant praeterea, se, licet forte plures una simul, non tamquam unius ecclesiae Canonici, sed tamquam Protonotarii, conveniant, non idcirco Collegium Praelatitium constituere, verum, quando una cum Protonotariis de numero Participantium concurrunt, v. gr. in Pontificiis Cappellis, tunc quasi unum corpus cum ipsis censemur, sine ullo tamen amplissimi Collegii praeiudicio, ac servatis eiusdem Cappellae et Familiae Pontificiae consuetudinibus.

58.—Si quis, quavis ex causa, Dignitatem aut Canonicatum dimittat, cui titulus, honor et praerogativae Protonotariorum *ad instar* adnexa sint, statim ab iisdem titulo, honore et praerogativis decidet. Qui vero Pontificium Breve inter Praelatos aggregationis obtinuerit, horum tantum privilegiis deinceps perfruetur.

IV.—**Protonotarii Apostolici Titulares seu Honorarii**

59.—Cum Apostolica Sedes, non sibi uni ius reservaverit Protonotarios Titulares seu honorarios nominandi, sed Nurtiis Apostolicis. Collegio Protonotariorum Participantium et forte aliis iamdiu illud delegaverit, antequam de eorum privilegiis ac praerogativis aliquid decernamus, leges seu conditiones renovare placet, quibus rite honesteque ad eiusmodi dignitatem quisque Candidatus valeat evehi, iuxta Pii PP. VII Praedecessoris Nostri Constitutionem *Cum innumeri*, Idibus decembr. MDCCXVIII datam.

60.—Quoties igitur de honorario Protonotariatu assequendo

postulatio praebeatur, proferantur, ab Ordinario recognita, testimonia, quibus constet indubie: 1.^o de honesta familiae conditio-
ne; 2.^o de aetate saltem annorum quinque et viginti; 3.^o de statu
clericali ac caelibus, 4.^o de Laurea doctoris in utroque, aut cano-
nico tantum jure, vel in S. Theologia, vel in S. Scriptura; 5.^o de
morum honestate et gravitate ac de bona apud omnes aestima-
tione; 6.^o de non communibus in Ecclesiae bonum provehendum
laudibus comparatis; 7.^o de idoneitate ad Protonotariatum cum
decore sustinendum, habita etiam anni census ratione, iuxta
regionis cuiusque aestimationem.

61.—Quod si huiusmodi Protonotariatus honor alicui Cano-
nicorum coetui collective ab Apostolica Sede conferatur (quod
ius, collective Protonotarios nominandi, nemini censeri posse
delegatum declaramus,) eo ipso, quo quis Dignitatem aut Cano-
nicatum est legitime consequutus, Protonotarius nuncupabitur.

62.—Pariter, qui Vicarii Generalis aut etiam Capitularis mu-
nere fungitur, hoc munere dumtaxat perdurante, erit Protonota-
rius Titularis; hinc, si dignitate aut canonicatu in Cathedrali non
gaudeat, quando choro interesse velit, habitu Protonotarii praela-
titio, qui infra describitur, iure utetur.

63.—Protonotarii Apostolici Titulares sunt, Praelati extra
Urbem, qui tamen subiecti omnino manent locorum Ordinariis,
Praelatorum Domus Pontificiae honoribus non gaudent, neque
inter Summi Pontificis Familiares adnumerantur.

64.—Extra Urbem, dummodo Summus Pontifex eo loci non
adsit, in sacris functionibus frite utuntur habitu praelatitio nigri
ex integro coloris, idest veste talari, etiam, si libeat, cum cauda
(nunquam tamen explicanda,) zona serica cum duobus flocculis a
laeva pendentibus, Roccheto, Mantelletto et bireto, absque ulla
horum omnino parte, subsuto aut ornamento alterius coloris.

65.—Extra Urbem, praesente Summo Pontifice, descripto ha-
bitu indui possunt, si hic tamquam chorale insigne concessus sit,
vel si quis uti Vicarius adfuerit.

66.—Habitu praelatitio induti, omnibus Clericis, Presbyteris,
etiam Canonicis, singulatim sumptis, praefferantur, non vero Ca-
nonicis etiam Collegiarum, collegialiter convenientibus, neque
Vicarius Generalibus et Capitularibus, aut Superioribus Genera-
libus Ordinum Regularium, et Abbatibus, ac Praelatis Romanae
Curiae; non genuflectunt ad Crucem vel ad Episcopum, sed tan-
tum se inclinant, ad dupli ductu thurificantur.

67.—Super habitu quotidiano, occasione solemnis conventus, audientiae et similium, etiam Romae et coram Summo Pontifice, zonam tantum sericam nigram, cum laciniis item nigris, gestare poterunt, cum pileo chordula ac floccis nigris ornato.

68.—Propriis insignibus, seu stemmatis, pileum imponere valeant, sed nigrum tantummodo, cum lemniscis et sex hinc sex inde floculis pendentibus, item ex integro nigris.

69.—Si quis Protonotarius Titularis, Canonicatus aut Dignitatis ratione, Choro intersit, circa habitum se gerat iuxta normas Protonotariis *ad instar* constitutas, num. 52, vestis colore excepto.

70.—Sacrissimis operantes, a simplicibus Sacerdotibus minime differant; attamen extra Urbem in Missis et Vesperis solemnibus pariterque in Missis lectis aliisque functionibus solemnius aliquando celebrandis, Palnatoria tantum ipsis utenda conceditur, excluso Canone aliave pontificali supellectili.

71.—Quod pertinet ad acta in causis Beatificationis et Canonizationis, et ad pasivam electionem in Conservatores ac cetera, iisdem iuribus gaudent, quibus fruuntur Protonotarii Supranumerarii, uti nn. 23 et 24 supra dictum est.

72.—Beneficia eorum qui, tamquam privatae personae, Protonotariatum Titularem assequuti sunt, non vero qui ratione Vicariatus, Canonicatus sive Dignitatis eodem gaudent, ab Apostolica tantum Sede conferantur.

73.—Noverint autem, se, licet forte plures una simul, non tamquam unius ecclesiae Canonici, sed tamquam Protonotarii, convenient, non ideo Collegium constituere.

74.—Tandem qui Protonotariatu Apostolico honorario donati sunt, tamquam privatae personae, titulo, honoribus et privilegiis Protonotariatus uti nequeunt, nisi antea diploma suae nominationis Collegio Procuratoriorum Participantium exhibuerint, Fideique professionem, ac fidelitatis iusurandum coram Ordinario, aut alio viro in ecclesiastica dignitate constituto emiserint. Quid vero ob Canonicatum, Dignitatem, aut Vicariatum, eo potiti fuerint, nisi idem praestiterint. memoratis honoribus et privilegiis, quae superius recensentur, tantummodo intra propriae dioecesis limites uti poterunt.

75.—Qui secus facere, aliisque, praeter descripta, privilegiis uti praesumpserint, si ab Ordinario semel et bis admoniti non paruerint, eo ipso honore et iuribus Protonotarii privatos se sciant:

quod si Protonotariatum, tamquam privata persona adepti sint etiam titulo.

76.—Vicarii Generales vel Capitulares, itemque Dignitates et Canonici nomine atque honoribus Protonotariatus titularis gaudentes, si, quavis ex causa, a munere, dignitate aut Canonicatu cesent, eo ipso titulo, honoribus et iuribus ipsius Protonotariatus excident.

B)—**De ceteris praelatis romanae curiae**

77.—Nihil detractum volumus honoribus, privilegiis, praeminentiis, prerogativis, quibus alia Praelatorum Romanae Curiae Collegia, Apostolicae Sedis placito, exornantur.

78.—Insuper concedimus, ut omnes et singuli Praelati Urbani seu Domestici, etsi nulli Collegio adscripti, ii nempe, qui tales renunciati. Breve Apostolicum obtinuerint, Palmatoria uti possint (non vero Canone aut alia pontificali supellectili) in Missa cum cantu, vel etiam lecta, cum aliqua solemnitate celebranda; item in Vesperis aliisque solemnibus functionibus.

79.—Hi autem habitum, sive praelatitium sive quem vocant *pianum* gestare poterunt, iuxta Romanae Curiae consuetudinem, prout supra describitur nn. 16 17; numquam tamen vestis talaris caudam explicare, neque sacras vestes ex altari assumere valeant nec alio uti colore, quam violaceo, in bireti floculo et pilei vitta, opere reticulato distincta, sive chordulis et flocculi, etiam in pileo stemmatibus imponendo ut n. 18 dictum est, nisi, pro eorum aliquo, constet de maiori particulari privilegio.

C,)—**De dignitatibus, canoniciis et allis, qui nonnullis privilegiis Praelatorum propriis fruuntur**

80.—Ex Romanorum Pontificum indulgentia, insignia quedam praelatitia aut pontificalia aliis Collegiis, praesertim Canonorum, eorumve Dignitatibus, quocumque nomine nuncupentur, vel a pluribus temporibus tribui consueverint; cum autem eiusmodi privilegia dominationem quamdam episcopali dignitati videantur afferre, idcirco ea sunt de iure strictissime interpretandam. Huic principio inherentes, expresse volumus, ut in pontificalium usu nemini ad aliquod ex supra memoratis Collegiis pertinenti in posterum ampliora suffragentur privilegia, quam quae, superius descripta, competit Protonotariis sive Supranumerariis, sive *ad instar*, et quidem non ultra propriae ecclesiae, aut ad summum Dioeceseos, si hoc fuerit concessum, limites; neque ultra dies iam

designatos, aut determinatas functiones; et quae arctiora sunt, ne
augeantur.

81.—Quoniam vero de re agitur haud parvi momenti, quippe
quae ecclesiasticam respicit disciplinam, ne quis audeat arbitraria
interpretatione, maiora quam in concedentis voluntate fuerint,
sibi privilegia vindicare; quin potius paratum sese ostendat, qua-
tenus illa excesserint, minoribus coarctari; singulis locorum Or-
dinariis, quorum sub iurisdictione vel quorum in territorio, si de
exemptis agatur, aliquis ex praedictis coetibus inveniatur, de-
mandamus, ut, tamquam Apostolicae Sedis Delegati, Apostolica-
rum Concessionum documenta ipsis faventia, circa memorata
privilegia, infra bimestre tempus, ab hisce nostris Ordinationibus
promulgatis, sub poena immediatae amissionis eorum quae occul-
tarint, ad se transmitti curent, quae intra consequentem mensem
ad Nostram SS. Rituum Congregationem mittant. Haec autem,
pro suo munere, omnia et singula hisce nostris dispositionibus
aptans, declarabit et decernet, quaenam in posterum illis com-
petant.

Haec omnia rata et firma consistere auctoritate Nostra volu-
mus et iubemus: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi Februarii MCMV, Pon-
tificatus Nostri anno secundo.

PIVS. PP. X.

CIRCULAR NUM. 196.

Nuevamente os llamamos, amadísimos Sacerdotes, y lo hacemos con vivísima satisfacción del alma, á practicar ejercicios espirituales; considerándonos en este año dispensados de encarecer su importancia, como hemos venido haciéndolo en los anteriores, lo uno porque vosotros la conoceis perfectamente, lo otro, y es razón principalísima, porque todos conoceis y habreis meditado detenidamente la hermosa carta dirigida por Su Santidad al Embo. Cardenal Vicario de Roma, estableciendo tandas de ejercicios espirituales para el Clero de la Ciudad Eterna, y que fué publicada en nuestro BOLETÍN de 15 de Abril último. A continuación se inserta en texto castellano; leedla nuevamente, meditadla una vez más, que en ella está dicho

con piedad commovedora, todo cuanto decirse puede sobre materia tan importante y debemos procurar aprovecharnos de tan útiles y prácticas enseñanzas, correspondiendo á los paternales deseos del Vicario de Jesucristo, que de una manera especial los hacemos nuestros respecto á vosotros, diciéndoos las palabras del Divino Salvador á sus Apóstoles: *Venite in desertum locum et requiescite pusillum: Venid á la soledad y descansad un poco* (1).

En su virtud, anhelando vivamente el bien de nuestro amado clero, hemos acordado que se den para el mismo en el presente año, y los darán como en los anteriores PP. de la Compañía de Jesús, ejercicios espirituales, conforme á las siguientes disposiciones:

1.^a Los ejercicios tendrán lugar en el Seminario Conciliar, habiendo dos tandas que principiarán la primera el lunes 11 de Septiembre por la tarde, para terminar el martes 19 por la mañana, y la segunda comenzará el miércoles 20 por la tarde, para terminar el jueves 28 por la mañana.

2.^a A los ejercicios concurrirán todos aquellos Sacerdotes que no los hubieran practicado el año anterior, aunque también podrán asistir los que los hicieron en dicho año si en ello fueran gustosos y no hubiera alguna dificultad,

3.^a Los Sres. Arciprestes designarán los Sacerdotes que hubieran de practicarlos en una ú otra tanda, poniendo en Nuestro conocimiento, con la brevedad posible, quienes son los que han de concurrir.

4.^a Los mismos Arciprestes dispondrán lo conveniente al servicio de las parroquias, pudiendo autorizar para que en los días de precepto se duplique la Santa Misa en donde sea necesario.

Burgo de Osma 28 de Julio de 1905.

† JOSE MARÍA, *Obispo de Osma.*

(1) Marc., vi, 31.

CARTA DE SU SANTIDAD

AL EMMO. CARDENAL VICARIO, ESTABLECIENDO TANDAS DE
EJERCICIOS ESPIRITUALES PARA EL CLERO SECULAR DE ROMA

A Nuestro amado hijo Pedro, del Título de los SS. Cuatro Coronados, de la S. R. I. Presbítero Cardenal Respighi, Nuestro Vicario en la Ciudad.

PÍO PAPA X

Amado Hijo, salud y Bendición Apostólica.

Enséñanos claramente la experiencia que es tan débil la naturaleza humana, que aun los más diligentes en el cumplimiento del deber, poco á poco se enfrian en la virtud, languidecen y caen en los vicios, si no se ayudan con estímulos convenientes. No están exceptuados de esta regla los Sacerdotes; por lo cual, para que no flaqueen en su espíritu, es oportuno que usen de medios con los cuales reparen las perdidas fuerzas y vuelvan á la primitiva diligencia. Uno de los principales entre estos medios, el Señor ha demostrado que consiste en la práctica de un piadoso retiro, en donde, apartado el Sacerdote por algunos días, repase su conducta: *Pensé en mis caminos y enderecé mis pies por la senda de tus mandamientos; cogitavi vias meas et converti pedes meos in testimonia tua* (1.)

Esto mismo demuestra la conducta que Jesucristo observó con los Apóstoles que destinaba para esparcir por el mundo su doctrina, á los cuales, habiendo enviado á predicar la buena nueva por las aldeas y villas de Galilea y Judea, después que le dieron cuenta de lo que habían enseñado y practicado, les invita á retirarse á la soledad, para que allí, fortificado el ánimo por el descanso, se hiciesen más y más aptos para este ministerio: *Venid á la soledad y descansad un poco: venite in desertum locum et requiescite pusillum* (2.)

(1) Ps., cxviii, 59.—(2) Marc. vi, 31.

Esta amorosa invitación no solo fué dirigida á los Apóstoles, ante los cuales hablaba Jesucristo, sino que en ellos se dió tambien á todos los que, en la sucesión de los tiempos, habian de ser participantes del ministerio apostólico, para que quienes, no sólo por la santidad de su oficio, sino tambien por la de su vida, habian de ser sal de la tierra y luz del mundo, y como dioses en medio de los hombres, utilizasen principalmente medio para conservar y acrecentar su santidad.

Pues si lo consideramos bien, todo el conjunto de virtudes que deben adornar al Sacerdote supone un gran deseo de santificarse; y este deseo, por esa inconsistencia natural de que hemos hablado ya, á medida que nos vamos alejando del día en que recibimos la ordenación sagrada, en muchos se resfria y en no pocos miserablemente se disipa y extingue. La misma familiaridad que nace del trato frecuente, aun de las cosas santas, es causa de que el Sacerdote se haga para ellas menos diligente que para las mismas cosas materiales, añadiéndose á esto los variados y gravísimos peligros que muchas veces acompañan al cumplimiento de su misión. Por ultimo, si hasta los corazones religiosos necesitan limpiarse alguna vez del polvo de la tierra, esta necesidad es mucho más urgente en el Sacerdote, obligado á vivir en medio de los halagos y de las miserias del mundo.

Si queremos, pues, renovar el espíritu y corregirnos de los defectos contraídos en la cuotidiana lucha; deseamos revestirnos de fortaleza para los peligros que nos rodean, ningun medio mas oportuno que abandonar por unos dias nuestras ocupaciones, y, convirtiéndonos de maestros en discípulos, volver al estado del que un dia salimos encendida el alma de santos deseos, y alli dóciles escuchar la voz del que nos intime nuestros deberes, nos corrija de nuestros defectos y nos anime y empuje á más y más perfección. Para todo el cual nada tan aproposito como el huir del ruido y de

la agitación del mundo, pues el Espíritu de Dios ama la quietud y el silencio: *la llevaré á la soledad y allí hablaré á su corazón; ducam eam in solitudinem et loquar ad cor ejus.* (1).

Por todo esto, no podemos comprender que haya un solo Sacerdote que colocado en medio de tantas dificultades, molestias y peligros, no sienta la necesidad de proporcionarse la ayuda de unos Ejercicios espirituales; y, sin embargo, mientras los de vida más ajustada y edificante los desean con ansia y los frecuentan solícitos, hay otros ¡ojalá que fuesen pocos! que de tal modo lo descuidan, que parece que en nada los estiman. Pues qué ¿el comerciante que ama sus intereses hará cada día con cuidado la cuenta de sus gastos é ingresos y cada año el balance de su negocio, y el Sacerdote, cuyo comercio es ganar almas, cuya administración es de tesoros celestiales, y á quien Dios tomará cuenta tan estrecha, no ha de recogerse alguna vez, no ha de estudiar la correspondencia entre lo que debe y lo que practica, no ha de examinar si sus obras son conformes ó no con su vocación divina?

Hay que pedir al Señor que, todos á una, los Sacerdotes comprendan la importancia de esta práctica, que tantas utilidades y auxilios presta, para que sean dignos ministros de Cristo y dispensadores de sus misterios.

Nós, que entre el universo mundo confiado á Nuestros cuidados debemos especial interés á esta Alma Ciudad, para regular cual conviene la disciplina del clero romano, hemos creido conveniente organizar, en primer término, la práctica de estos Ejercicios espirituales. Por lo mismo hemos manifestado á los hijos de la Compañía de Jesús, á los Pasionistas y á los de San Vicente, que Nos sería muy grato que en una semana de cada mes (desde la tarde del domingo á la mañana

(2) Osee, II, 14.

del sábado siguiente) diesen en sus respectivas Casas religiosas tandas de Ejercicios á los Sacerdotes. Y habiéndonos respondido todos estos religiosos cuán dispuestos se hallan á secundar nuestros deseos, á Ti, amado Hijo Nuestro, te dejamos el cuidado de que tomes las oportunas providencias para que, desde principios del año próximo, todos los Sacerdotes seculares residentes en Roma practiquen, en alguna de las tres Casas religiosas dichas, Ejercicios espirituales, por lo menos una vez cada tres años, sin que nadie pueda oponer contra esto ninguna clase de privilegio.

No abrigamos la menor duda de que estas prescripciones las cumplirán todos aquellos á quienes afectan, con docilidad y gusto, causándonos con ello grandísimo consuelo; pues al propósito que, dadas las circunstancias de los tiempos, abrigamos, de restaurar todas las cosas en Cristo, nada puede contribuir tanto como los buenos deseos y ejemplos de los clérigos.

En prenda de la divina bondad y de Nuestra benevolencia, te concedemos, amado Hijo Nuestro, amantísimamente en el Señor la Bendición Apostólica.

Dado en Roma, en San Pedro, el día 27 de Diciembre de 1904, segundo año de Nuestro Pontificado.

PÍO PP. X.

CIRCULAR NÚM. 197.

Por conducto del Ministerio de Gracia y Justicia, hemos recibido la siguiente Real Carta:

“El Rey”

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía y Vicario general Castrense:

La inesperada muerte de D. Raimundo Fernández

Villaverde, fiel servidor de los sagrados intereses de la Patria, contrista profundamente Nuestro ánimo, sometiéndonos una vez más á pesares humanamente irremediables.

Varón del acendrado patriotismo fué en días de tristes preocupaciones, animoso encauzador de las fuerzas contributivas de la Nación y riguroso ordenador de sus intereses, levantando el crédito nacional, y con ánimo resuelto sirvió siempre á su Patria y á su Rey.

Al dar público testimonio de Nuestra pena por perdida tan sensible, sólo el consuelo de Nuestra fe puede alentarnos, y no dudando hallaros, como siempre, asociados á Nuestro duelo, por la presente, Os Ruego y Encargo dispongáis que en todas las Iglesias dependientes de vuestra jurisdicción se celebren las preces de costumbre por el eterno descanso del alma de tan ilustre patrício.

En ello Me serviréis, y de la presente, y de lo que en su vista resolváis, daréis aviso á Mi Ministro de Gracia y Justicia.

Dado en San Sebastián á diez y nueve de Julio de mil novecientos cinco.—YO EL REY.—El Ministro de Gracia y Justicia, *Joaquín González de la Peña*.—Al Reverendo Obispo de Osma.»

En su virtud, de acuerdo con nuestro Cabildo Catedral y el de la Colegiata de Soria, se celebrarán en sus respectivas Iglesias los sufragios de costumbre á que se hace referencia en el precedente documento regio, y disponemos que también se celebren en todas las Iglesias de este Obispado.

Burgo de Osma 28 de Julio de 1905.

† EL OBISPO.